



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Murbachium in Superiore Alsatia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

VVicterpo Episcopo Augustano; dotatum vero à Leopoldo Austriae Marchione, & Guelphone Sueuorum Duce. Ita ferè Bruschius.

Murbachium in Superiore Alsatia.

Est hoc monasterium vnum ex quatuor Germaniæ potentissimis, quorum Abbates singulari dignitate ceteris Abbatibus præminent, & vt Romani Imperij Principes, omnibus Imperij causis interesse solent. Fundatum legitur anno circiter 724. ab Eberhardo Sueuiæ & Alemanniæ Duce, petente S. Pirminio Meldensi Episcopo, & approbante Theoderico Francorum Rege. Cuius diploma haud abs re fuerit hic adscribere.

724.

Theodericus Rex Francorum, viris apostolicis, Patribus, Episcopis, nec non & illustribus viris, Ducibus, Patricijs, Comitibus, vel omnibus agentibus tam presentibus quàm futuris, &c. Igitur dum venerabilis vir Pirminius gratia Dei Episcopus, nostris temporibus cum monachis suis Deo inspirante pro Euangelio Christi peregrinatione suscepta, monasterium virorum in eremo vasta quæ Vosagus appellatur, in pago Alsacensi, in loco qui vocatur Viuaris peregrinorum, qui ante appellatus est Mourbach, allodio fidelis nostri Ebrohardi Comitum, cum ipsius adiutorio, Deo cooperante, conatus est construere monasterium, vel cœnobium sanctum ibidē instituere in honorem Dei & genitricis, D. nostri Iesu Christi, &c.

Gun

Gundolfi villa in Dei nomine feliciter, Amen.

*Fabarium, in D. Churiensi Germanicè Pfef-
fers.*

734.

Fundatum id legitur suasu S. Pirminij E-
piscopi Meldensis, & Abbatis primi in
Augia diuite, sumptibus *Caroli Martelli*, sub
Theoderico II. Galliarum Rege, eodemque
Alemanniæ, Rhetiæ, & Heluetiæ Domino
anno Christi 734. Primus Abbas Fabariensis
fuit dictus S. *Pirminius*, multorum cœnobi-
orum pater atque instaurator. Sunt autem
thermæ Fabarienses apud Germanos nobilif-
simæ utpote saluberrimæ. Ita ferè *Bruchius*
libro citato.

*Manseense monasterium, vulgò Mansee, in
Austria.*

739.

Monasterium hoc *Vtilo Dux*, instinctu
S. Pirminij, Episcopi Metensis, prope
Menen lacum Noricorum construxit, circa
annum 739. *Auentinus* in *Annalibus*: *Man-
see Noricorum adem, ab Episcopis Ratisbonen-
sibus in paupertatem redactam, D. Benedicti
imposito magistro reddit Imperator Henricus
sanctus. Idem Auentinus; Baturicus Episco-
pus Ratisbonensis hoc monasterium ab Hemma
Regina Boiorum impetrarat an. 831. Ipsa ab eo-
dē superius monasterium Ratisbonense receperat.*

Inser.